

ARNOLDI
VINNII JC.

IN QUATUOR LIBROS
INSTITUTIONUM
IMPERIALIUM
COMMENTARIUS

ACADEMICUS, ET FORENSIS.

JO. GOTTL. HEINECCIUS JC.

Recensuit, & Praefationem Notulasque adjecit.

TOMUS SECUNDUS.

Año



1756.



BIBLIOT de SAL. DEPOSITO
Testament de H. J. SERRANO

LUGDUNI,
Sumptibus PETRI BRUYSET & SOCIORUM.

M. DCCXLVII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

A R N O L D I
 V I N N I I, J. C.
 I N L I B R U M T E R T I U M
 I N S T I T U T I O N U M
 I M P E R I A L I U M
 C O M M E N T A R I U S
 A C A D E M I C U S E T F O R E N S I S.
 C U M N O T I S A D T E X T U M.

T I T U L U S P R I M U S.
 D E HÆREDITATIBUS, QUÆ AB INTESTATO
 DEFERUNTUR.

Dig. Lib. 38. Tit. 16. C. Lib. 6. Tit. 55. & 58. N. 118.

Ratio ordinis, cum argumento tituli.

Decursis omnibus supremæ voluntatis partibus, redit Imperator ad institutam de universitate bonorum acquirenda disputationem. Ex quatuor hujus generis acquisitionis modis, propositis §. *ult. sup. per quas pers. cuiq. acq.* eum primo explicandum suscepit, per quem hæreditas nobis obvenit. Obvenire verò nobis dixit vel ex testamento, vel ab intestato. Quoniam igitur de hæreditate ex judicio defuncti acquirenda hæcenus solum tractavit, cujus semper prior & potior causa est, l. 39. *de acquir. hæred. l. 89. de reg. jur.* quod reliquum est ad tractationem istam absolvendam, de hæreditate legitima, seu ea, quæ lege ab intestato defertur, pertexere prius voluit, quam ad ceteros per universitatem acquirendi modos transitum faceret. Hæreditates, quæ ab intestato deferuntur, eadem passim & lege deferri dicuntur, nomenque legitimarum hæreditatum sibi proprium fecerunt, licet testamentaria quoque hæreditas dici possit lege obvenire, l. *lege. 130. de verb. sign.* Sed illæ solæ hoc nomen occupaverunt,

propterea quod immediatè & proximè deferuntur à lege, & à lege sola absque voluntate defuncti: cum testamentariam non ipsa lex deferat, sed delatam à testatore confirmet, d. l. 130. Hinc etiam hæredes legitimi & testamentarii passim opponuntur, l. 3. §. 2. *pro soc. l. 17. §. 1. l. in plurium. 70. l. illud. 77. de acq. hæred. l. 2. & tot. tit. de suis & legit. hæred.* Succeditur ab intestato vel ingenuis, vel libertis. De ingenuorum successione tractat priore loco: deinde de successione libertorum, & demum tit. 8. Hoc autem titulo solum agitur de successione descendantium sive liberorum, quorum in causa successione legitime prima semper ratio habita. Cum autem varia sint liberorum genera, & pro varietate eorum varia quoque jura succedendi ab intestato, eo ordine hic proceditur, ut primi, & statim post descriptionem intestati prodeant, qui principem locum jure civili inter ipsos liberos obtinebant, aut potius soli in causa successione liberi habebantur, sui scilicet hæredes. Inde §. 9. transitur ad successionem emancipatorum. Postea §. *pen.* commemoratur mutatio juris circa liberos adoptivos. Ad extremum discrimen ve-

ARNOLDI
VINNII, J. C.
SELECTARUM JURIS
QUÆSTIONUM
LIBRI DUO,

QUIBUS

Ejusdem Auctoris Commentarius in Institutiones Justinianas illustratur, ac intricatissimæ Juris materiæ nondum ventilatæ, omnibus Legum Romanarum Candidatis utilissimæ, dilucidè enodantur.

EDITIO NOVISSIMA.